

pectoris nuditatem irriter venerem, concupiscentiam provocare, remollescere ex hoc aspectu juveniles animos: ac propterea ne introducat, consuetudo, curandum esse, & invecitatem vero confestim evellendam asserit, ne latus emittat radices. Nemo non videt hæc minime coherere posse cum primis. Si exposita ubera partem efficerent nativæ pulchritudinis, quemadmodum illius ostensio consuetudinem reprobam haudquaquam inducit, ita nec illorum nuditas. Sed hæc, Caietano iudice, ablutum extirpandum invenit: ergo male arguit ille ex licita offensione naturalis pulchritudinis licitam mamillarum nuditatem.

VIII. Paucis omnia perfringo in maiorem nostræ sententiæ confirmationem. Ille muliebris ornatus iure naturali, ac divino vetitus auctoritate qui luxurie illicitum est. At nuda ubera, ornamentorum præstigiis micantia, limites moderati ornatus transiunt; præcædem evincunt impudentiam, atque adeo impudicitiam feminarum quæ eadem exerta propterea deferunt; venerem provocant virorum, qui in eadem oculos vel nolentes concipiunt. Ergo flagitiosa est nuditas isthæc. Nec reponas, invecita consuetudine, vim allicienti viros amittere, quia usitata minus, & insolita fortius permovet. Apagè nugas istas. Si usus tollit vim movendi, aufert quoque pulchritudinis leporem, & elegantiam: quia nova, & insolita magis placeant. Cur ergo asseris nuda hæc ubera venustatem augere? Cur subdis maritos magis allicere, si ob oculos continenter eadem habent? Accedit quod juvenes, florente ætate, & dum ferventius ardet libidinis flamma, huic aspectu non sunt affueti. Nova illis est nuditas hæc, atque in eandem defigunt oculos, & impotentem concupiscentiam rapiunt. Ad summum senes facti, ex continenti eiusmodi aspectu dici possent affueti, minusque moveri; secus, utique dum florent ætate. Criminosa ergo, scelerumque plena est consuetudo hæc. Quod urgentius evincitur. Consuetudo quæque rationi conformis sit oportet, bonoque communi consentanea. Quæ enim vel rationi, vel bono communi repugnant, omnium Theologorum consensu exitialis est, & reprobanda. Sed consuetudo nudandi ubera muliebricia malorum occasio est plurimum, bonoque communi repugnat. Nullum e contrario bonum adfert, nec spirituale, cum juvenes maxime ad venerem provocet; nec temporaneum, ob sumptus maximos in or-

natu, vestibus vanis, ceterisque pompis quæ propudiosam nuditatem comitari debent. Ipsi denique feminis hæc nuditas incommoda est. Hiemali tempore subiectas vestibus prunas continenter mulieres habent: vix quadrantem abeile valent ab igne: & delicatissimam pectoris partem rigidissimo frigori nudam exponunt in publicum prodeuntes. Verum, si in flagitiorum penitentiæ imponas eidem, ut templum nudis pedibus adeant, crudelis levitatis te damnant. Ut vanitati, & ambitioni, ne dicam demoni, sacrificia licent, omnia valent: frigoris rigorem floccifaciunt, delicatiori corporis membra vexant, latera vi maxima comprimunt, & fringunt, ut ubera magis turgant, ac totius corporis structura elegantior, venustiorque appareat. Contra vero delicatule sunt, & perinfirmæ, quoties ieiuniis, disciplina, cilicis, ahiisque christianæ penitentiæ operibus eluenda sunt. Hæc vel gravissima. Consuetudo ergo nudandi mamillas perniciosa est, rationi, verbo divino, Patribus, gravioribusque Theologis contraria. Non itaque consuetudo, sed abusus, & corruptela enormis dicenda est. Ubi serpit, & bacchatur, illic pro viribus extirpanda est: ubi non viget, summo studio curandum, ne illud introducat. Momenta quibus adversa sententia nititur, commentaria omnino sunt, vana, & falsa. Placeat describere quæ de fautoribus illius opinionis exarata reliquit P. Albertus de Albertis *disp. 11. cap. 1. §. 3. n. 43.* Auctores quippe, primæ opinionis animadvertentes feminæ pectoris nuditatem per varios populos in veterata consuetudine sparant, ut hos a damnationis periculo, in quo, ea opinione tanquam improbabili reiecta, omnino iacebant, revocarent, non dederunt sane operam ut talem corruptelam ex facie Scripturæ, veterum Patrum, & rationum præscripto, ut par erat, redarguerent, simulque evellere conarentur; sed e contrario proflus, ut huiusmodi corruptelam honorarent, pia affectione, & intentione ducti, divinam Scripturam, antiquos Patres, graveleque rationes, per blandè mitigare, ac in eiusdem consuetudinis patrocinium traducere non legenter studuerunt. Quod quam aperte, & stomachabunde a D. Hieronymo, a D. Augustino improbetur, iam supra in ipso met prælium observavi. Nihilominus iudicem Doctores, emicantibus veritatis radiis percussis, conscientiaque isti, & vi-

eti,

eti, manus ei tandem herbamque porre-
xerunt, & sine furo, & fallacia confessi
sunt, eandem ipsam nuditatis femineæ
peccatoris consuetudinem, quam tueban-
tur, tanquam libidinis illicitum, hoc est
velut manifestam corruptelam, esse extri-
pandam: hac confessione dilucide testa-
ti, talem consuetudinem esse flagitiosam,
ac turpem, neque feminis pectus nudan-
tibus ullum exultationis scutum præbere;
sed, ut compertam impudicitiam testem,
ipsam habent, quemadmodum Doctores
secundæ sententiæ illam nuncupant, ita
etiam certum damnationis prælium illi-
dem constare, ut ex dictis abunde satis
iam liquet.

IX. Plura alia prælo forent argumenta;
sed vel ad veriorum confessionem introdu-
ctio illius consuetudinis, seu corruptelæ,
grave crimen est; & invecita vero extirpanda.
Secum ipsi pugnant, dum morem hunc e-
vellendum statuunt, unaque innoxium do-
cent. Scripturæ, Patres, Theologi decla-
raverunt contra nimium cultum, ac nudita-
tem feminarum quæ inveterata consuetudi-
nis scuto le tegebant, ut potissimum ex
Tertulliano habetur. Hæc quippe scribit de
vel. *vix. cap. 111. Exurge agitur veritas, &
quæ de parentia erumpit: nullam solo con-
suetudinem defendas: nam iam & illa con-
suetudo sub quæ te fruebaris, expugnatur. Te
est demonstra que virgines tegit. Ipsa Scri-
pturas tuas interpretare, quas consuetudo non
novit: si enim nosset, nunquam esset. Non
tempus expedit ergo ultra terere in re abun-
de comperta.*

CAPUT X.

*De feminis quæ se conspiciendas offerunt viris
a quibus turpiter adamari prævident. Non-
nulla præmittuntur de scandalo Pharisæo-
rum, & pusillorum.*

Hactenus disputatum est de hone-
sto, & superfluo feminarum orna-
tu, quatenus decess, & honestus, aut su-
perflus, & inhonestus est. Honesto decen-
titer ornato comptas mulieres publicum sub-
re conspectum licite posse, Scripturarum
testimonium ostendit. Iudith vidua casti-
fima induit le ornamentis lætitiæ, mitram
capiti imponit. Esther mulier sancta splen-
didi comitatu, fulgidoque vestitu ante As-
sueri thronum constitit. Ioseph quoque ve-
stem induit polymitam. Hæc, & alia exem-

pla ex Scriptura suppetunt, quæ tamen erro-
nea interpretatione a quibusdam derorquen-
tur ad recentes vanillimos muliercularum pom-
pas honestatibus, quam quantum a veritate,
& Scripturarum scopo abladat, hoc est
diximus, patet. In veteri testamento san-
ctissimas feminas comptas, pretiosive ve-
stibus indutas icimus. Quomodo ergo Apo-
stolus vetat ne pretiosa veste mulieres utan-
tur? Dicendum ne erit cum Lestio, Caieta-
no, & aliis, verba Apostoli proliis duna-
taxat temporibus intelligenda esse? Mini-
mè gentium, ut supra observatum est: sed
sano in sensu verba Apostoli interpretanda
sunt. Ut ea quæ supra dicta sunt, luculentius
explicentur, duplex diligendus mulie-
bris ornatus est: alter pretiosus, & splen-
didus, qui spectatorum obsequium, & exi-
miationem sibi conciliat; alter qui immo-
destiam, impudentiam, & lascivie indicia
præfert. Secundus, non prius, ab Aposto-
lo prohibetur. Fatemur itaque in mulie-
bri, ac virili vestitu quædam præcepti
prohiberi: quædam ad maiorem modestiam,
pudoremque consili. Exhortanda mulieres
sunt, ne auro, argenteoque intextas vestes
deserant, ut gemmas, & anulos, maria-
li excepto, dimittant. Verum hæc vestitus
modestiam formant nec nos precipimus, nec
Apostolus præcipit. Consilium, & exhorta-
ri possimus, & pro tempore debemus: se-
cus imperare, & iubere; quia nec id Apo-
stolus iubet. Alioqui principes femine, Re-
ginæque, quæ aurata indumenta gerunt, le-
taliter delinquentur: quod ablutum est.
Apostolus sub præcepto vetat ornatum in-
verecundum, immoderatum, superfluum,
quod ex pluribus confugit; videlicet ex ca-
pitis nuditate, vultu furo, vestitu aut fla-
tus conditionem excedente, aut forma mi-
nus pudica, denique ex pluribus circumstan-
tibus quæ iuxta prudentum exsistimationem
decedent christianam modestiam, verecun-
diam, & gravitatem. Opportuna est D. An-
tonini doctrina II. Part. titul. xv. cap. v. §.
8. *Ad secundum, scilicet de doctrina Apo-
stolorum, ad hoc respondetur, quod non omne
quod est contra doctrinam Apostolorum, est
mortale, aut indispensabile: sed solum quan-
tum ad ea quæ pertinent ad fidem, vel bonos
mores necessarios ad salutem. Nam sicut in
lege antiqua circa moralia, & evangelica,
& canonica lege quædam ponuntur præcepta,
quorum transgressio est mortale, quædam
mandatorum inducentia transgressorem ad ve-
nitale, quædam consiliorum ad nullum omni-*

ten-

tenent talia ligentia peccatum, sed ad maiorem promerentia bonum; ita & in doctrina apostolica. Quando autem intelligatur in talibus Scripturis esse preceptum? & mandatum ex modo loquendi? & de veritate sermonis ipsarum Scripturarum, non potest clare regula haberi, sed secundum materiam subiectam, & declarationes sanctorum. De hismodi dictum est supra in capitulo de inobedientia. Talis autem oratio ab Apostolis non prohibetur preceptoris, nisi in eo casu quum feret ad lasciviam, & insaniam, ut dicit Thomas; sed mandatorie, vel exhortatorie; quod patet ex evidenti ratione: quia si preceptorie diceretur, & universaliter, sequeretur hoc inconveniens, quod quicumque portaret vestem auro intextam, aut argenteo, etiam si Regnum, mortaliter peccaret; quod est absurdum dicere.

II. Ex his ergo colligas velim summa prudentia opus esse in figenda regula honesti, vel inhonesti mulieris ornamentis, letalis, aut venialis culpa. Ex modo loquendi Scripturarum, & ex subiecta materia, sanctorum declarationibus desumendum id est. Statuendum est adversus Lessum, alioque, Apostolum vi precepti vetere ornamentum immoderatum, superfluum, ac ad lasciviam notabiliter incitantem. Id & subiecta materies, & declarationes sanctorum, ut cum D. Antonino loquar, perspicue ostendunt. Ceterum verissimum quoque est, ornatum & quantum ad formam modestiorem plus solito, & quantum ad colorem minus vividum, ac micantem, & quantum ad valorem viliozem, ad consilium, exhortationemque revocari. In ipsa quoque vestium, & ornamentorum superfluitate levis culpa reperiri valet ob parvitatem materiar, rectamque intentionem. Hæc dicta sint ad maiorem eorum quæ supra diximus, claritatem. Nunc ad ea quæ insistant, accedendum.

III. Scandalum Pharisæorum ex malitia, pusillorum ex ignorantia, & infirmitate, ut alias diximus, proficiscitur. Sed explicandum incumbit primum, quid exprimat ex malitia delinquere. Hoc inculerent de more explicat D. Thomas 1. 2. quæst. lxxviii. art. 2. ad 3. Dicendum, quod malitia, ex qua aliquis dicitur peccare, potest intelligi malitia habitualis, secundum quod habitus malus a Philosopho Lib. V. Ethic. cap. 1. nominatur malitia; sicut habitus bonus vocatur virtus. & secundum hoc aliquis dicitur ex malitia peccare, quia peccat ex inclinatione habitus. Potest etiam intelligi malitia actualis; sive

ipsa mali electio malitia nominetur, & sic dicitur aliquis ex malitia peccare, inquantum ex mali electione peccat; sive etiam malitia dicatur aliqua præcedens culpa; ex qua oritur subsequens culpa; sicut cum aliquis impugnat fratrem gratiam ex invidia; & tunc idem non est causa sui ipsius; sed alius interior est causa actus exterioris. Multisariam peccatum ex malitia contingit. Primum ex pravo habitu. Secundo ex electione mali, seu, ex certa scientia abique passione, & abique exteriori obiecto alliciente. Deinde cum flagitium ex alio oritur flagitio. Quot modis ex malitia delinquitur, totidem scandalum ex malitia perpetratur. Si presertim loqui velimus, scandalum ex malitia illud est quod neque ab ignorantia, neque ab infirmitate, neque ab ulla occasione, vel passione, sed ab interiori perversitate, certaque sententia gignitur, vocaturque scandalum pharisæicum, seu scandalum accipiendum, tamen non datum. Nolim tamen ita modis sic intelligas, quasi qui peccat ex passione, non peccet simul ex malitia; sed hoc in sensu, quod scandalum pharisæicum ex certa malitia est, eo quod animus ex prava dispositione paratus sit ad peccatum. E contrario qui ex impetu passionis labitur, peccat utique & hic ex malitia, quia cohibere appetitiones suas deberet; attamen, nisi exteriori obiecto passio alliceretur, minime homo peccaret; & ideo ex passione peccare dicitur. Quibus prælibatis, id quod propositum, explicandum est.

IV. Quæst. I. Peccat ne mulier que, si in publicum exeat, a determinato viro, post Paulum, prævidet se turpiter amandam? Resp. Si mulier, nulla iusta vel necessitatis, vel utilitatis causa, domo egerdatur, prævideatque se turpiter amandam, iuxta communem Doctorum sententiam mortaliter peccat. Neque inter iustas excedendi causas reputari valet propriae libertatis usus. Nimis quippe laxa est quorundam opinio asserentium causam iustam excedendi esse ut mulier suæ satisfaciatur voluntati: voluntas quippe nonne legibus caritatis subiecta est. Caritas autem iubet vitare spiritualium proximorum iacturam, cum abique detrimento notabilis id prædari potest. Nec loco detrimenti notabilis haberi potest propriae libertatis impedimentum. Quare alia causa præter expediendum libertatis assignanda est. Causa autem legitima esse potest vel necessitas eundi ad Ecclesiam, invitendi amicae urbanitatis gratia, vel utilitas peragendi negotia propria.

Quia

Quare nimis laxa mihi videtur doctrina quam ex Diana aliique recentiores referunt Salmanticenses tract. xxi. cap. viii. parvul. 5. num. 60. ubi hæc scribunt. » U licite mutaretur possit se hominum conspectui offerre, necesse est aliquam intervenire utilitatem, » scilicet non se privandi propria libertate, » & iure exeundi domo, vel standi ad templum. Ceterum, quia istæ causæ, & utilitates semper verificantur; semper etiam erit licitum offerre se decenter ornatum hominum conspectui. Immo addunt citati Auctores, quod si ornatus esset superfluus, non peccaret mortaliter, sed venialiter: quia tot sunt mulieres superflue se ornantes, ut vix de ulla possit abstinere. Videtur etiam Diana. » Duo ex hac doctrina colligimus. Alterum est, quod ad libitum mulier se se offerre licite possit hominum obtutu, ut si iustis libertatis iura facta recta custodiat. Alterum vero, quod etiam superfluo ornatu compta, fucilique picta valeat in publicum prodire, quin letaliter delinquat, sed venialiter tantum. Cur? quia tot sunt femine superflue se se ornantes, ut vix de aliqua adimare possimus, occasionem peccandi hominibus tribuere. Si hæc ratio non ardeat ratio, consule Dianam, inquirunt. Nonne egregia ratio, & momentosa auctoritas? Quia plurimæ sunt mulierum ornamentorum illecebris, & lenociniis obarmate ad expugnandam hominum castitatem, nulla earum delinquendi præbet occasionem? Ex peccantium ergo multitudinem innocentiam arguis? D. Antoninus oppositum docet II. Part. tit. vii. cap. iv. Mortale autem (scandalum peccatum est) quum committitur actum peccati mortalis manifestum, sive etiam quia contemnit salutem proximi, ut & pro ea conservanda non præternitatur aliquis facere quod sibi libuerit, quantumcumque quis scandalizetur; & tunc etiam committendo quod esset de veniale, vel haberet speciem mali, estimando quod aliquis ex tali actu eius rueret in aliquod mortale, & sine sui periculo, vel detrimento posset illud dimittere, & non faceret, quia non curat de salute proximi, dummodo suo voluntati satisfaciatur; esset ei mortale, quia contra caritatem, qua quis tenetur providere salutem proximi: sicut si mulier perpendens, vel estimans ex signis aliquem trahi ad concupiscentiam sui extra matrimonium, offerat se indifferenter aspectui illius, non intendens ex hoc illam inducere ad concupiscentiam suam, sed

nec etiam de hoc curans, sed volens satisfacere voluntati suæ, seu levitati in discurrendo per loca, vel morando ad ipsum domum, vel fenestras, ex quadam curiositate, vel vanitate, ut laudator de pulchritudine; mortale esset. Secus autem, si hoc non estimaret, vel non bene posset illa dimittere, ut quia oportet ire ad Ecclesiam, vel ad alia loca, & aliquando cum vicinis morari in via, ne reddat se alitis onerosam, & de eo displicentiam habeat.

V. Quæst. II. Mulier percellata ad Ecclesiam, vel ad aliud peragendum negotium, prævidet se libidinose amandam, tenetur ne contrare Missam, & negotium, ut scandalum vitaret? Resp. Distingendum est scandalum pusillorum a scandalum Pharisæorum. Item animadvertendum, num mulier prævideat se concupiscendam ab aliquo determinato amato, vel aliquibus indeterminate. Convenit penes omnes, mulierem teneri pro aliqua vice vel omittente, vel differre iter ad Ecclesiam, aut aliud adire, si potest, templum, summe differre, si abique notabili detrimento valet negotium, ut pusillorum scandalum vitet. Quia preceptum vitandi scandali prævalet, ut alias dictum est, precepto audiendi Missam. Ceterum raro hoc in praxi contingit: quia raro contingit quod scandalum virorum adamantum libidinosi mulieres sit scandalum pusillorum, ex infirmitate nempe vel ignorantia proficiscens. Quandoquidem, si mulier hunc venerem amorem prævidet, indicia istius amoris præcellerunt, ex quibus illa infert, se iterum concupiscendam fore. Paratus itaque amato est vir ille ad mulierem concupiscendam, atque adeo non ob ignorantiam, vel fragilitatem, sed ob suam habitualement malitiam in eandem rapitur; quod ad scandalum pharisæicum spectat.

VI. Porro communissima Theologorum sententia est, non alitri mulierem ob tale scandalum negligere sua negotia, sive temporalia inviolenda amicae urbanitatis gratia, vel res alias tractandi, sive spiritualia, audiendi Missam, visitandi Ecclesiam, aliaque id genus pia opera. Hæc quippe actiones ante honestate sunt, aut indifferentes, quæ iusta urgente causa prætermitti ob scandalum pharisæicum minime debent. Gradus vero necessitatis, & utilitatis necessarii, ut iusta sit causa contemnedi scandalum pharisæicum, ignotus nobis est. Ex pluribus circumstantiis colligi id potest. Criminosi malitia cum necessitatis, vel utilitatis causa comparari debet.

bet. Pravitatis quoque, & dispositio peccantibus prae oculis habetur oportet. Nam licet scandalum quoque pullillorum ex malitia sit, ut alias diximus (ablata enim malitia non esset peccatum) tamen talis malitia est quod vir non peccaret, nisi occasio occurreret talem aspiciendi feminam; quod proprie scandalum pullillorum constituit. E contrario qui more Pharisaeorum peccat, paratum habet animum prave affectum erga quemcumque mulierem; ideo ex certa malitia peccat.

VII. Dico igitur, non teneri mulierem omittere Missam, Ecclesiae visitationem, neque sua temporalia negotia, ut scandalum pharisaeum declinet. Et haec est communis sententia. Et quod ad spiritualia opera attingit, nemo est qui dissentiat. De temporalium omissione nonnulla difficultas urget. Opponi solet caritatis ordo, quo spiritualis proximi laus praesertim est temporaneo bono. Quia ergo ratione astringitur, mulierem exire licite domo posse ad invitandas amicas, ad sua negotia peragere, dum ex tali effectu falsus proximi periclitatur? Perventur tunc caritatis ordo, cum temporalia spiritualibus praesertim.

VIII. Eruditus Petrus Ballarinus Praelec. v. ad Tom. II. D. Antonini, ut ab hoc no- to se expediat, concedi non solum temporale bonum continentem non esse pharisaeum scandalum. Sed addit spirituale bonum & in hoc, & in similibus casibus occurrere. Si enim licitum non esset, urgente necessitate, ab usurario parato mutuum petere, neque licitum foret mulierem in publicum ob scandalum pharisaeum prodire: tanta est hominum infirmitas ut ipsi peccarentur, si libertas consulendi necessitatis, commodique propriis adempta nobis esset. Porro hoc malum spirituale ex infirmitate nobis impendens fatius est impedire quam flagitium illorum qui ex malitia peccaturi praevidentur.

IX. Haec doctrina aut communi Theologo- rum sententiae accedit, aut si quid aliud ingerit, difficultate non caret. Nam scandalum pharisaeum continentem dicimus, ut publicus rerum ordo servetur. Fac hominem veneris ardore peritum quotidie expectare mulierem domo egredientem, ut in illius ob- ruti se complacere. Si haec missela clauda domo veluti in perpetuo carcere morari de- beret, ut hoc pharisaeum scandalum declina- ret; iam perturbatus esset publici commercii ordo, adempta libertas cuius a natura concessa. Hic libidine aestus sua conti- nuata malitia non modo adversus castitatem

delinqueret, verum etiam communia invade- ret libertatis iura, atque bono communi, & civili societati infestus foret. Quia de causa mulier domi se continens, ut illius libidinis lapsus vitare, eisdem malitiam adversus communem libertatem fovet, & sic delin- queret, sive flaret, sive prodiret. Ideo per- mittendum est prius malum, nempe scanda- lum, ut auferatur secundum, scilicet libertatis privatio, ut sic mulieres sua frui liber- tate valeant, causa honesta impellente. Si eiusmodi spiritualia incommoda in his con- temnendis Pharisaeorum scandalis occurrant, nulla urget difficultas. At non apparet quod neque semper impendeant. Nam plures sunt homines qui etiam si mutuum ab usurario non acciperent, non propterea peccarent: quod idem de mulieribus domi degentibus dicen- dum est. Quod si vitanda peccata quae homines infirmi committerent, nisi licitum exire, & domo exire, & mutuum petere, premente necessitate, permittuntur sit respici- endo egressi, & mutuum accipere; nemo est qui talem legem repudiet.

X. Ex his colligitur, convenire inter Theo- logos, curandum non esse scandalum phari- saicum iusta, ac rationabili causa urgente. Quod autem id liceat vel non solum tempo- ralem utilitatem, communemque bonum tem- porale, vel quod, si hoc bonum temporale negligatur, impendat spirituale damnum; ad praxim quod spectat, parum refert. No- bis istandum esse videtur communi doctrinae, omnium fere Theologorum auctoritate firmatae, nimirum urgente iusta temporali causa, curandum non esse pharisaeum scanda- lum. Ordo quippe caritatis iubet ut auxilium feramus proximo, dum indiget, & dura id praestare valeamus abque nostro notabili detrimento. Quod detrimentum, ut dictum est, ex comparatione cum criminis qualitate, aliique circumstantiis pensandum est. Porro, cum ex una parte nobis damnum temporale impendit; & cum ex altera pro- ximum necessitatem non patitur (quippe sua prava voluntate persistit in malitia sua) non est negligendum bonum nostrum, tamen si temporale, ut illius scandalum evitemus. In actionibus itaque quae mediam naturam habent, spectanda est causa honesta ob quam fiunt, ut sciamus, omittende ne sint, an se- cus, ob scandalum pharisaeum. Caritatis ordo absolute spiritualia temporalibus praefert, secus in omni circumstantia; postquam cum proximo fracta fronte & contumaci li-

ber-

bertate temporali bono insidias fruit. Alio- quin nec defendenda essent adversus invali- des communia bona, nec Principes regna, & provincias custodire possent, ut homicidia, aliaque mala vitarent. Mitto recentiores, numeras rerum perversiones quae profuerunt, si in omni eventu necesse esset spiritualia temporaneis antepone. Standum ergo com- muni doctrinae est.

XI. Quaest. III. Peccat ne mulier in pu- blicum sine ulla rationabili causa prodrens, si praevideat se impudice amandam ab aliquibus indefinitis, & vage acceptis, dummodo ipsa nullam pravam intentionem habeat? Resp. Dum mulier praevideat a determinata perio- na, puta a Francisco, se concupiscendam, graviter eam delinquere, si illius aspectu se se offerat abique rationabili causa, probatum est supra. Quaestio praesens est, utrum quo- que peccet, si praevideat se ab aliquibus inde- finite tantum accipere, valet, ut optime ad- vertit P. Albertus de Albertis in suis paradox. dist. 1. cap. v. §. 4. num. 36. & seq. Primum puella formola prudenter existimare potest, humana infirmitate spectata, se ab ali- quibus male concupiscendam abique ulla de- terminatione personae, loci, vel temporis. Certum est ad hoc vitandum periculum eam non altrigi. Secundo hac eadem puella praevideat se fecere concupiscendam hodie in tali convivio, in tali conversatione ab aliquo adstantium; quamvis ignoret quis illorum determinate impudicus amator futurus sit. Hoc solum ex circumstantiis perceptum illi est, puta quia sunt iuvenes veneri dediti, hominesque erga mulieres petulci. Rursus con- vivio, & congressu mulier formola abique ulla inurbanitatis nota, & abique omni in- commodo abelle potest. Queritur, utrum sub gravi culpa abstinere debeat? Praefatus P. Albertus de Albertis loc. cit. docet adfir- mativam partem sic circumscriptam a nemi- ne negari rationabiliter posse. Quod & ipse verum reputo, siquae rationibus evinco. Qui- libet declinare altrigitur proximum pericu- lum peccati letalis, non modo determinati, sed etiam generatim accepti. Omnes quippe fatentur mulierem peccare letaliter, si abique rationabili causa se offerat aspiciendam viro determinato, puta Tito, gnara turpiter ab determinato. Quid non ergo peccabit, si pluribus se se prebeat, quos movit in eam- dem culpam lapsuros, tamen neminem desi- gnare sciat? Nonne mortaliter delinquit ille qui ad bibendum plures invitavit, dum praeficit

Conc. Theol. Tom II.

aliquos indefinito fore inebriandos, ut commu- niter fatentur vel ipsi benigniores Probabili- ter? Qui publice coram aliis mortaliter pec- cat, concessis dictum, facturum suum quibus- dam occasione futurum delinquendi, quam- vis ignoret quinam determinate offendiculum passurus sit; scandali, necessario in confessio- ne exprimitur, reus habetur, ut communis opinio docet. Ergo etiam gravem scandali novam illa mulier contrahet quae abique ulla honesta causa suo indifferenter facto occasio- nem delinquendi hominibus indefinitis, ac generatim praebet. Quod enim in convivio, aut conversatione formola mulier praevideat, obsceno amore sui flagitaturum Petrum de- terminat, vel plures viros indefinito, ad scandalum quod attinet, perinde est. Fatentur omnes in primo casu mulierem peccare, si abique convenienti causa se Petri aspectu offerat: ergo idem dicant pariter in secundo occasione est. Siquidem indifferens omnino in proximi infirmitatem, atque adeo in eiusdem peccatum est, sive cognitio mulieris sit de homine libidinolo determinato, sive de quibusdam indefinito. Dictum namque, & factum, seu interventum mulieris in con- vivio, aut congressu, in quo obsceno se diligendum probabilitur, certoque credit, est id quod proximo ruinae occasionem praebet. Cognitio mulieris interior est, quae foras non apparuit, & deliberata sui oblatio pu- blico obruti causa viris est venero flagran- ti amore. Optime hac de re Lactantius Lib. III. divinar. Institut. cap. 5. Nihil interesse quo animo factus, quod fecisse vitiosum est: quia facta committit, animus non videtur. Ornata pulchritudo, non animus movet. Pro hac sententia P. de Albertis laudat S. Tho- mam, Joannem de Frisburgo, Ulicum, Ale- xandrum, Joannem de S. Carolo Borromeum, Dionysium Cartusianum, Sylvesterum, Al- landum, S. Bernardinum, Troncalia, Tabi- nam, Alexandrum Anglum, Joannem Herolt cognomento Dicipulum, Suarez, Nicolaum Auripicum, Baptistam de Salis, Jacobum Un- garellum, Fillucium, Baldellum, Tiraquellum, Cardinalum de Lugo, aliosque, quorum verba refert, additque triginta Insuper Do- ctiores a Joanne Sanchez pro hac sententia laudari.

XII. Nihil aliud adversus praefatam opi- nionem opponi solet praeter ipsi propriae liber- tatis, quae laderetur, si abstinere mulieres deberent a conviviis, a spectaculis, publici- que congressibus, in quibus praevideat ab

I

ali-

aliquibus se fore amandas. Verum iuxta principia Probabilitatum hæc obiectio urget. Tatentur enim vel ipsi Probabilitate, quod sicuti, quando lex certa non est quæ liberatam possessoris, possessio stat pro libertate; ita quando lex clara, & peripicua est, possessio stat pro lege adversus libertatem, quæ legis observationi subici debet. At lex naturalis, & divina caritatis de vitando scandalo, etiam indirecto, de peccato ex infirmitate proficiente cavendo occasione subtractione, comperta, & explorata est, & legitima possessio gaudet. Nemo igitur solius libertatis pretextu huic legi se subducere iure valet; sed necessaria est gravis causa, seu incommodum distinctum a detrimento solius libertatis. Idque confirmat P. Albertus de Albertis *loc. cit.* num. 113. quod secundum Probabilitatem in dubio proprio, hoc est negativum, melior est conditio possidentis in omni prosula materia. Sed præceptum caritatis de vitando scandalo passivo ex infirmitate, vel ignorantia profluente, dum comode potest, est in legitima possessione obligandi libertatem. Ergo ius tendæ libertatis perperam opponitur, ut hinc inferatur liberum esse feminis publicas adire congressus, in quibus se conspicendas præbeant iis a quibus indefinite se sœde amandas prævident. Et sane, si ius tendæ libertatis satis esset ad abolendam legem de vitando passivorum scandalo indirecto, actum, conclamationque esset de omni præcepto. Nullum enim reperitur præceptum quod libertati contrarium non sit, & onerosum; eamque non limitet, & coercet. Hoc nemo asserere audeat. Ergo prætextus tendæ propriæ libertatis ineptus est ad inferendam immunem a scandali reatu mulierem quæ nulla ducta rationabili causa se spectandam præbet illis quos veneris igne arduos ex sui conspectu probabiliter cognoscit. At quid requiritur, inquit, ut mulier probabiliter iudicet se impudice amandam fore? Nam homines commaniter mulieres deperunt. Semper ne iudicare mulieres debent se impudice amandas fore? Ex circumstantiis hoc erueri valet. Si congressus, & convivia sint iuvenum, hominumque impudicitiam deditorum, idque ipsis constat; tum, causa congrua sublatâ, abstinere ab eiusmodi conviviis, atque hominum frequentia debent.

XIII. Quest. IV. *Peccant ne mulieres quæ pullitulos suos sibi inforare permittunt, & illorum familiari colloquio fruuntur, dum ex pleribus invidetis probabiliter colligunt veneris amore erga se deflagrare?* Resp. Letaliter de-

linquere mulieres istas, tametsi earum mentis & animus a libidine alienus sit, nemo est qui vel in dubium revocare valeat, ut exiis que dicta sunt, compertum est. Quare mulieres quæ hodiernum vivendi morem persequentes, suos venululos servulos (verius dixerim villa mancipia) habent, eorumque fruuntur servitute in incestu, in ascensu, & descensu, & fore semper ad latera assidentes habent, abolitionis sacramentalis indignè omnino sunt eo quod obfirmato animo persistant in habitu peccandi. Putant se a scandalo immunè, quod ipsæ nulla se sentiant veneris intentione pollutas. Que excusatio, ut alias diximus, inutilis est. Continenter peccant, quod eiusmodi bellulos amantibus excipiant absque ulla rationabili causa in propriam domum, & eorumdem percussiva obsequia illecebris, & lenociniosis pensant, & continuam libidinis negotiationem peragunt.

CAPUT XI.

Utrum expediat permittere meretricis, licitum quæ sit domus eisdem locare.

Quest. I. *Licitè ne est scortorum publicè permissio?* Resp. Communior est Theologorum, & Causiliarum sententia, quæ licite permitti scorta defendit. Hoc permisso, maiora impediri mala ipsi contendunt. Sed nemo adhuc, mea quidem sententia, quidquam solidi adduxit, ut assertionem evinceret; quin potius pro certo habent quod probandum incumbit. Rationes quæ contrariam opinionem sudent, valide mihi sunt, & efficaces. Eadem in medium asserere volo: quod tamen dum prælo, Principum permissionem damnare nequaquam mihi animus est; sed dumtaxat prudenter iudicio submittere que veritati magis ego arbitror consentanea. Certum enim est nunquam Principes, quorum est bonum publicum curare, permittituros meretrices fore, si crederent maiora hinc consequi mala. Nostra ergo intentio est palam facere scortorum permissione non minui, sed augeri mala nostra.

II. Primum, Deus qui in infinita sapientia omnia comprehendit, Iudicis lupanaria omnia in civitatibus eorum vetuit. *Non erit meretrix de filiabus Israel, nec scortator de filiis Israel.* Non offeres mercedem prostituti. Deut. xxiii. vers. 27. Quare Origenes Lib. IV. contra Celsum scribit, nullas fuisse meretrices inventas pestes in viciis Republicæ. Bonfrerius buoque apud P. de Albertis anim-

advertit, non quomodocumque scorta vitata esse; sed ita dumtaxat, ut quasi auctoritate publica constituerentur, vel crederentur. Cornelius a Lapide interpretatur, Deum prohibuisse ne lege Magistratuum publica lupanaria permitterentur. Denique Philibea lupanaria permitterentur. Denique Philibea Iudeus Libro de speciali lege telatur, capitale fuisse crimen apud Hebræos corpore quoque facere. Hæc tamen intelligenda videntur de meretricibus Israeliticis, & publica auctoritate permitti. Ceterum ex textu inferre minime possumus, nulla apud Iudæos extitisse lupanaria, aut meretrices alienigenas ante Salomonis tribunal licite instituisse. Quæ contra legem invidetis, quin nigenas lege Moysis fuisse interdictas. Quin opolitum ex Scriptura tribunal licite instituisse ante Salomonis tribunal licite instituisse. Denique in ill. Regum 111. clare asseritur. Lex ergo Moysis vetat ne publica sanctione lupanaria permittantur. Scorta quæ apud Iudæos extitisse legitimus, non publica auctoritate, sed contra legem præscriptum inducta fuisse.

III. Ex præfata lege sic liceat arguere. Nisi ex meretricum prostitutionis plus mali quam boni emergeret, nunquam Deus Iudæis inhihiisset illas permittere. Quod sic evincitur. Id quod plus mali quam boni parit, rationi repugnat, iniquitate natura malum est. Et contrario autem permissio minoris mali ad maius vitandum bona est, & nature congruit, saltem quantum ad effectum, seu, ut dicitur, consequenter, seu in sensu formali, & expresse. Ergo, si permissio scortorum maiora mala vitaret, iniuste, & contra bonum commune talem permissionem Deus Iudæis interdixisset. At Deus hæc permissionem Hebræis reipsa interdixit. Ergo maiora mala non impedit, sed inducit.

IV. Rationum momenta quæ promittit Navarrus, valde luculenta videntur. Libido, sicut quodlibet aliud vitium, vitium non minuitur, sed reviviscit, & roboratur. Flammea veneris adiecta flammea augeatur, & sola contraria aqua deservet. Quis dixerit, ignem extinguat sulphure, & bitumine apposito? Iuvenes pudore a natura incho impetus concupiscentia cohibent, & verecundia salsam vix audent callas puellas aggredi. Ubi patent lupanaria, vel invitæ, & consuetudine nativæ pudicitia, periclitantur, & insistantur. Vegetius meretricis ad quæritum ineptæ lenocinios, & lenocinios lupanario preceptis illas seducunt, thalamis infidias strunt, nihilque intaminatum, quantum per eos licet, foedatos calitatis lilio, fractaque fronte, sedatos pervertunt, dirumque libidinis virus seu cancer & pestis serpit, procedit, graf-

fatur, & brevi universam inficit urbem. I. plemet, inquit Navarrus, novi pueros castissimos venientes ad Academias ex terris ubi eiusmodi lupanaria non sunt, ob eam que illis se offerbat peccandi occasionem, animas, studa, & corpora ipsa contagio infecta perdidisse. Hæc omnia experimento continuo, explorata sunt. In terris a quibus evadunt scorta, frigeat Venus; & si intus exulat in paucis, foras tamen non adeo frequenter erumpit ad ceteros inquinandos. Extinguitur flamma, materia subducta. Stupra, incestus, fornicationes, adulteria non deerunt, usquequod non deerit natura, culpa originis corrupta. Id solum in questionem vertitur, nunquam latius ferpat libido ablatis scortis, an permittentibus. Immanius patere libidinis flagitia iis in locis ubi lupanaria aperta quam ubi penitus clausa sunt, ostentum est. Unicum quippe libidinis remedium, non vitium illius, carlet virtus adverbia. Catharisticum studium, sua maceratio, penitentia, fuge mulierum sunt adversus libidinem efficacissime medicina.

V. Minora que ex scortorum permissione depinguntur mala, nempe pauciora adultæria, rariora stupra, & incestus, commenticia sunt, & prorius falsa; non secus ac si dicerent, deservere flammam oleo adiecto, & sulphure. Quia iuvenes, abiecta verecundia, audaciores fiunt, & ex scortorum vitia, atque familiaritate in veneris palæstra doctores evadunt; artificia addeunt quibus satisfacere facilis lux concupiscentiæ valeant, ut Ecclesiasticus docet: *Et qui se in visum formæ caris, erit nequam. Fornicarius, nimirum meretricibus, erit nequam, id est audivator, ut interpretatur Clemens Alexandrinus II. Pedagog. c. x.* Tantum abest ut vitia libidinis ex frequentu meretricio deserviant, quin hinc vitia recipiunt, & robor. Id solum consequitur ut in dies ebulliant veneris novæ cogitentur vitæ quibus eodem fati fiat. Quædam modum helleoens quotidianas, & solitas epulas familiamque appellant; & sivelestres, peregrinasque nuptas; sic libidinosis ex frequentu veneris crapula fatures, meretricis nactus habent, & saltidior; ideoque exquiritores epulas, elegantiora ferelia exquirunt, formosiores videlicet puellas adoriuntur, præstigiis, & lenocinios lupanario preceptis illas seducunt, thalamis infidias strunt, nihilque intaminatum, quantum per eos licet, foedatos calitatis lilio, fractaque fronte, sedatos pervertunt, dirumque libidinis virus seu cancer & pestis serpit, procedit, graf-

catæ vires concupiscentiæ originalis. Et sic ut baptismi non delet concupiscentiam originis; ita nec poenitentia exlinguit fomitent concupiscentiæ. Investe, & roborate usum peccati personalis. Evidens ergo est usum meretricio effreniorem evadere libidinem, flammamque veneriis largius grassari, thalamos, & lacratiora loca lubre. Ne multa. Libidinis flamma in lupanari obvius accenditur, primumque suam exstinguit famem. Extra illud, in vindictis illorum, in vineis alienis convivia opare instruit, fuisse fruatur delictis, & oblectamentis. Quid divitiarum iacturam, quid invenum tabida corpora, quid familiarum extinctionem, quid dissidia, quid homicidia, quæ ex meretricio proficuntur, loquar? Quis inquis iverit in regionibus que nigro carent, rariore esse ebrios? Quam ratione negaveris, lubratis foris fornicationes, in cessus, adulteria, & nefanda crimina longius abesse? Concludamus ergo, sola castitatis studio venerem cohiberi, & diminui; nunquam vero alia, & exercitio.

VI. In maiorem eorum quæ dicta sunt, confirmationem, unius, & alterius Scriptoris verba transcribam. D. Cyprianus *epist. xvii.* hæc scribit, „Omnino ita existimandum est, quod nisi in medio posita, & manifesta, ignominiosaque adulteria, nimisque impudenter, & perfecta fronte perpetrata, incenterum, & occultorum tam in mulieres honorandas, quam pueros, stuprorum haud minimam præbeant causam: eo quod tam facile talia quisque audet, & turpulus in publico contemnitur. Et non, quem admodum quidam putant, quod eiusmodi flagitia securitatis, & abstinentiæ causa reperta sint. Forlan igitur quispiam rultior ita quoddammodo dicere queat: O sapientes Legislatores, & Principes, qui ista inlecepsit initio, quali quoddam admirabile civitatibus pharmacum modeste repereritis, ne vobis manifesta hæc, & aperta domicilia clausas domos, & interioris thalamos referent, quippe foris, & aperte libidinantur modicis impenditis, ne se ad libera, & honestas vertant mulieres cum multis pecuniis, muneribusque: videat ne illi re vili, quæque fit in potestate, non contenti, amplius id quod prohibitum est, cum timore, multisque impenditis persequantur.“

VIII. Luculentius, maiore efficacia tententiam hanc confirmat Adamus Contzen *lib. II. Polit. cap. xii. §. 14.* „Improbissimum est eorum ratio qui publicis

„illis voluptatibus deteriora cavere arbitrantur. Ubi invaluerunt, flagitiosissima queque perpetrantur. Fuga optime castitati conculcit: quæ esse non potest, si publica sint incitantia libidinum; si cæcæ esse oporteat, ne malum videas; si in portibus, & in fo. o. in viis omnia turpibus abundant, & si in poculis, ut inquit Plinius *lib. xxxi. cap. i.* libidines celare iuvent; si imagines illecebrosæ in conspectu inventus impune collocantur, venenum publice venditur, animarum toxica in nudis Christianiorum, non vetante magistratu, venduntur. Dabit magistratus ille penas qui nefandè dissimulat. Si filiam turpitudines illas oculorum suco cogitatione insillandas emittet, cognoceat, merita indignatione excandescere. Si quis ea coram liberis tuis enarraret, diem illi, ut corruptori iuventutis, dices. An plus est verbis indicasse, an oculis fidelibus sustinere, ut tenacius verent? Vident hoc omnes, vident tuis, vident tuis narratur.“

VIII. Tandem Cornelius a Lapide relato auctoritate Navarri, & Ioannis Martiane sic concludit in *Ecclesi. cap. xix. vers. 3. §. 6.* „Videmus occasione lupanarium purorumque sua sponte, vel aliorum invitato ad excurre, noxiæque libidine enervare vires, ac inflammata cupiditate in omne dedecus ruere. Omnino ubi lupanaria non sunt, multo continentiores iuvenes, pauciora adulteria existunt, castior est civitas: quia licet nullum vitium ita accendit occasione data, ac libido; sic pariter nullum ita repemur occasione fuga, ac libido. Fugite fornicationem, ait Paulus. Ratio est clara: quæ sicut flamma non extinguitur, sed accendit flamma; ita libido accendit libidine, perinde ut rixa accendit rixa.“ Hactenus Cornelius, qui auctoritates, & exempla in huius sententiæ confirmationem affert.

IX. S. Ludovicus Galliarum Rex ex universo regno meretrices publicas in exilium egit, & lupanaria omnia destruxit, ut testantur Gallorum Annales, Gaginus, & Æmilius *lib. vii.* Philippus IV. Hispaniarum Rex ab universa Hispania eadem eiecit. Memoria dignum est Sancti Pii V. Pontificis Maximi facinus, quo non modo Roma, fed universo statu ecclesiastico meretrices propulavit, paucis demeraxat permittitque separato loco reclusis iuxta Maulouiam, sanxitque ne per urbem five nocte, five die discernerent. Sacellum eidem destinavit,

in

in quo conciones audirent, poenis constitutis, si quid contra auderent. Populi Romani Conservator pontificio decreto intercessit, opponens id in civitatis damnum cesurum: pulsibus quippe meretricibus, minuitur populus, exterique abeunt. Respondit Pontifex, se dignoscere mala gravissima que Clero, & populo univervo ex lupanaribus impendent, scandalo que inde proficuntur, & invidiam summam que ob hanc permissionem Sedi Apostolice, summoque Pontifici confatur apud exteros; probra, & calamitas quas hinc obiciendi heterodoxi anant arripiunt. Hæc, & plurima alia esse momenta ob que se conscientia adstrictum indicat ad hoc exterminandum scandalum. Instante Conservatore, exilium istud fore urbis ruinam, subdidit Pontifex: Si hæc sanctione Roma ruina futurus sum, ea excedam; & Sedem Apostolicam mecum alio transferam; Romanique suas lupas velinquam. Cessit Conservator, & Pontifex lupanaribus Romam liberavit. Hæc Pontificis acta testantur. Hæc Sanctorum facta innumeris prævalent rationibus.

X. Accedit quod lupanaria gentilissimi reliquæ sunt, non secus ac bacchanalia: ideoque sua origine, nedum effectibus, prava sunt. Lupanar ad quod S. Agnes ducta fuit, angelico tamen servata præsidio, Romæ in Ecclesiam illius nomini nuncupatam hodie convertum intuerem. Id in omniam votis est; sed num permittenda sunt vitandi maioris mali causa, dispatur. Verum habet, probatque est supra maiora esse que ex lupanariis scaturant, quam que impediuntur, dama.

XI. Denique una voce fatentur omnes mulierum fuga castitatem sartam restant custodiri. Hoc clamant Scripturæ, hoc Patres, hoc ipsa ratio. Paradoxon ergo videtur, effronter mulieres permittendas esse, ut adolescentibus, virisque omnibus obvire sint, sitque omnibus libertas illas invivendi, & amplectendi.

XII. Obicies 1. D. Augustinus *lib. II. de ordine cap. iv.* Quid fardidius, quid inanis, dedecoris, & turpitudinis plenus meretricibus, leonibus, ceterisque hoc genus peccatis dici potest? Auser meretrices de rebus humanis, turbaveris omnia libidinis. Respondet Cornelius a Lapide Augustinum invenem hæc scripsisse; etate vero provecum, sapientiorumque factum, hanc retractasse sententiam. Et sine *lib. II. de civit. Dei cap. xx.* impios ethnicos talia fantes introducit. Abundè publica scorta vel propter omnes

Cone. Theol. Tom. II.

quibus frui placuerit, vel propter eos maxime qui habere privata non possunt... Satisfactiones undique conceperit, theatra, inhositas leuitæ, vocibus atque omni genere sine crudelitissime, sicut turpissime voluptatis exasuerunt. Et ille sit publicus inimicus cui hæc felicitas displicet. Tamquam Epicureorum voces improbat Augustinus eas quibus expende publica scorta in civitatibus clamant caridiales homines; ad maiora mala vitanda. Nonnulla alia scribit sanctus Augustinus *lib. XII. de Civ. Dei cap. xviii.* que adverfat lupanariorum permissioni videtur. Inquit enim: In ista scortorum, quam terrena civitas licitam cupiditatem fecit, quævis id agatur quod eius civitatis nulla lex vindicat, agatur tamen publicum etiam permittit, atque impunita libido consuetum; & verendum naturaliter habent procul lupanaria ipsa secretum. Ex quibus eruitur terrenam civitatem, nimirum Romanorum gentium iura, & scorta permittere; secus iura Ecclesiæ. Clarus Hieronymus *epist. ad Oceanum* scribit, Casarem, non Christum, Paganianum, non Paulum viris impudicitie impara laxare, & lupanaria permittere. Lactantius libidit dmonis arte invecta lupanaria. Acne quis esset qui panarum metu abstermer alieno, lupanaria quoque constituit, & pudorem infelicium mulierum publicavit, ut ludibria haberet tam eos qui faciunt, quam quas pari necesse est.

XIII. Obicies 2. D. Thomas 2. 2. *quæst. x. art. 11.* refert auctoritatem Augustini quam supra transcripsimus ex *Libro de ordine.* Accedit quod licet in civitatibus scorta prohiberi expedit; minime tamen id congruit grandioribus urbibus, ubi multitudine gentis abundat. Bonum enim in paucioribus, & communiter homines ad mala prout sunt. In perampelis civitatibus mores solutiores sunt, vitia ex nationum diveritate diuis grafiatur: in lupanaria exularent, non esset salva omnis caro. Tandem non videtur verum coitum libidinem immanis levire: quoniam cur ad sedandam concupiscentiam permiffa dicuntur matrimonia, si utius matrimoni libidinem acueret?

XIV. Ad D. Thomam quod attinet, dicimus verum esse allegare Augustini auctoritatem; sed obiter, & veluti per transerendum, nullo adiecto examine: remque in medio reliquisse videtur. Ad id quod addidimus, dicimus, rationes a nobis inductas evincere quibus lupanaria maiora invenere quam impedire mala. Utique in amplioribus urbibus

I 3

bus mores laxiores sunt. Sed ideo tales esse dicimus, quia ibi frequentiora esse lupanaria solent, maioremque scortorum multitudinem. In remedium etiam concupiscentie matrimonia concessa asserimus: ergo & fornicationes? Nemo id asserere auit. Matrimonia sacramenta sunt in humani generis propagationem instituta. Gratia sacramentalis concupiscentie ardorem, sine extinguit, temperat. & coniugii qui fornicatorum, id est brutorum, conjugati qui concogitant uxorem, ea minime contenti sunt; sed ve uti equi biniantes alienos thalamos, & mulieres quasque aggredi perantur. Cur? Quia libido libidine non minuitur, sed augetur; flamma flammam non extinguit, ut probatum est. Quae nobis vitoria apparent expositimus; sapientum tamen iudicio publicimus.

XV. Publica lupanaria tollenda de civitatibus rationes, ut mihi quidem videtur, evincunt. Utinam rationibus executio responderet! Utinam Pio V. Ludovico, & Philippo similes multo hac quoque temperate inveniantur, qui tantum christiane Reipublice bonum presentent! Id saltem curandum ut in civitatibus angulos, veluti in nave sentinam, detrudantur, ibique clausae maneant effrontes hae feminae. Certe Principes, & magistratus negligere sine peccato nequeunt publicum meretricium egressum. Dicuntur hodieffrontes istae meretrices pro civitate, publica, & magis frequentata loca subeunt: sese juvenibus ad lasciviam compefferant; praestigiis muliebribus, illecebris, lenociniis seducere juvenes student, totque infidus homines circumveniunt, ut vel castiores labantur. Numquid Augustinus, vel Thomas, vel alius gravis Theologus permitti hanc vagandam, & ad libitum in qualibet civitatis parte decondi libertatem meretricibus licite posse docet? Quis vel laxiorum Casistarum dixerit, reos non esse omnium istorum scelorum magistratus, & Principes qui tanta mala pro viribus impedire non satagunt? Peccant sane in publicum bonum, peccant in patriam, in filios, in subditos. Quid de Theologis, quid de Confessariis dicendum, qui istorum superiorum confessiones excipientes, nullum istidem serupulum ingerunt, sed abolitionem imperiunt?

XVI. In peramplis ergo civitatibus, ubi meretrices abundare solent, ex locis frequentioribus removeantur, ne laqueos iniuciant transeuntibus, ipsique probatos, sed infirmos viros, pervertant, & in infidias pertrahant. E civitatibus vero non adeo amplis,

& populosis, penitus expellantur: quod sine gravi perturbatione fieri potest, cum Dei, & animarum zelus ardet. Ubi vero non sunt, nunquam illic introducuntur. Veniunt haec omnia, tametsi verissima sint, superflua & vana erant, nisi mores corrigantur. Quid? Meretrices expellent qui matronas, puellas, uxores habitu meretricio compactas, pectore, humerisque nudatis, & illecebris obstratis accedere, publicisque vitorum congressibus adire permittunt? Qui uxorum suarum leclis alienos alidere maritos, & vivere non curant? Qui secreta colloquia, & occultam diurnamque familiaritatem mistam dissimulant? Homines hac vivendi consuetudine adeo effeminantur, eorumque animi adeo remollescent, ut sine feminis vix respirare valeant. Nemo iste vivendi libidinis pectem quoquam diffundit, ipsoque castissimos viros inquinat, inficit, & ad exitum detrahit. Usquequid depravata haec consuetudo continet, quis sperare auit scortorum exitum, aut intra designatos ambitus inclusionem? En causam cur necessaria asseritur meretricum permissio: qua sane hypothesei data, nemo negare potest consequi, non modo meretricium necessariam permissionem, sed ad alteriorum quoque, quae falso tolli lupanarium introductione creditur. Qui formosis matronis, sanisque ac venustis feminis maritatis inserviunt, minime dignantur, exquisitis, elegantibusque epulis relictis, ad vilissima, putidague epulis relictis, ad vilissima, putidague coorta accedere. Paris ille filigenae plebeiorum fami explende reservatur. Quaro nunc. Licite ne Principes, & Magistratus permittunt praefatum vivendi morem, quo divitiae prodiguntur, thalami inquinantur, lacerationes confunduntur, viri effeminantur, mulieres regimen usurpant, & iudicem omnia miscunt? Peccant ergo, & quod non auferant causam invehendi lupanaria: peccant lupanaria ob talem causam non ablata permittendo: Sed de his satis.

XVII. Quaest. II. Licitum ne est domos, & vestes locare meretricibus, & usurariis? Resp. Adfirmant communiter recentiores. Sanchez Lib. I. in Decal. cap. VII. n. 2. Azorius Lib. XII. cap. XVIII. q. III. Valquez opus. de Scand. qu. XLIII. art. 8. dub. 5. num. 48. Ledelina Tom. II. tract. VIII. cap. XXXII. concl. 14. quae. 1. Trullenchium Lib. I. cap. VI. dub. 5. num. 16. Diana Tom. VII. coord. tract. v. ref. 49. Lessius Lib. II. cap. XIV. dub. 7. Salomus in 2. 2. quae. LXIII. art. 4. contr. 6. Castropalaus disp. VI. punct.

punct. 12. Salmanticensis tract. XXI. cap. VIII. punct. 5. num. 65. Sporerius tract. v. cap. 1. sect. 3. num. 90. Tamburinus Lib. V. in Decal. §. 4. num. 34. Etiam nulla (inquit) excusante causa. Excipiunt tamen communiter, nisi domus magis apta esset ob sitas conditionem ad peccandum, & ad homines alliciendos, & vicinitas meretricis multum noceret honestis feminis in vicinia commorantibus. Nam tunc requiritur causa, qualis certo sufficiens esset, non posse aliis honestioribus locari: concludit Tamburinus loc. cit. Audisti? Etiam si domus haec aptior sit ad exercendum meretricium, etiam si locatio domus, & meretricis inhabitatio multum noceret honestis feminis in vicinia commorantibus, licitum est talem domum in his circumstantiis meretricibus locare. Hoc eodem modo loquitur Diana loc. cit. cum Sanchez, aliique laudatis iniurius.

XVIII. Haec recentiorum opinio, tametsi Auctorum multitudine vallata, mihi haudquaquam probatur: quia ratio quam ipsi asserunt, falla videtur. Eiusmodi locatio domus, inquit, remote ad peccatum meretricis concurret; sed licite asserunt, etiam nulla occurrente causa. Contrariam ego propugno opinionem tamquam unice probabilem, nedum ceu probabilisorem. Pauci sunt Auctores qui adhaerent; sed ratio validissima iustificatur. Et primum Authentica de lenonibus 1. par. 2. vetant locare domum publico ulurario, & lenonibus, quorum cura est puellas seducere. Eadem de meretricibus ratio est. Sed ratio potissima quae hanc mihi suadet opinionem, ex doctrina ab Ecclesia propostita eruitur. Famulus qui suis humeris dominum adjuvat ad ingrediendam fenestram meretricis, peccat ex communi opinione. Et qui unquam domum ad peccandum aperit, concedit, locat, a peccato immunis erit? Quamquam, amabo te, discriminatio? Nulla lane, nisi quod proximus, & efficacius meretricium induit qui domum totam concedit, & locat, quam qui humeris suis ad ingressum eiusdem domus scortatorem adjuvat. Sed famulus, & efficacius, repono ego, locator domus locatione cooperatur peccato quam praefatus famulus. Auctores adversariam propugnantem sententiam commaniter defendebant licitam cooperationem famuli 1. is humeris adjuvantis dominum, ut videbimus infra. Ecclesia damnando unam, consequenter, ut ego quidem arbitror, damnavit &

alteram. Casuista qui post Innocentium XI. scripserunt, quique extenuare vim, damnatam propositionum tentantur, secuti sunt Magilstrum Dianam, Tamburinum, Trullenchium, Castropalaum, & alios; & omnia expresse non damnata, tametsi cum aliis damnatis propositionibus connexa, non raro amplexati sunt. Sic evenisse in hoc casu ratio explicata evincit: quam sub alio aspectu proponere inquit. Locatio domus, inquit, natura sua indifferens est; neque domus locatur ad meretricium, sed ad inhabitationem. Eadem ratione dicere famulus potest, se heum suum adjuvare ad ingrediendam fenestram, secus ad fornicandum; atque adeo actionem suam esse indifferentem. Hoc saltem est ex definitione Ecclesiae: ergo & illud. Recentiores non pauci frequenter laborant paralogismo, dum in morum regulis designandis actiones a circumstantiis sequeunt. In praesentia non disputamus, licite ne sit domus locata ad inhabitationem; sed quaeritur, utrum locari possit meretrici, quae in tali domo locata aperire, siquae corpore quatuor facere designavit. Ideo enim mulier hanc domum, has vestes condegit, ut meretricium profiteri valeat. Inanis ergo est praesidio, quae seorsum inhabitationem a meretricio, quoties locanda domus est meretrici, quae in eadem infamem artem exercere debet. Quenammodum licitum, immo non raro, urgente praepropto caritatis, debitum est meretricem induere, eique vestes ad corpus tendendum donare; propterea ne sic licitum erit eidem pulchras vestes, & cubicali ornamenta locare, ut suam infamem artem profiteri valeat? At in hanc finem te non locare dicis. Verum quae locas, hinc fini deservit. Ideo inique locas; quidquid in contrarium scribant iuniores nimium ab evangelica Ethica recedentes.

XIX. Obiicies. Principes ob maiora vitanda mala meretrices permittunt: ergo tu non teneris illarum peccata impedire, domum inhabitandam denegando. Resp. Permittunt Principes meretrices. Quid inde? Licetum ne propterea tibi erit cum meretricibus committere? Principum est bonum commune promovere, Deumque imitari, qui minoram tolerat mala ut graviora impediatur. Sed quid hoc confert ad privatam regimen propriae animae? Tua non interest expendere, num Principes licite meretrices permittant; neque utrum tale permittum bono communi expediat; sed quid te deceat, expendere debes, naturam, si ne opus quod exequi contendis, licitum.

licitum, an illicitum. Si opus illicitum est, ob Principum permissionem de crimine non purgatur. Otiosum est quod locare domum loce, que in eadem meretricium exercere debet, fit actio & circumstantia mala: quia commodam, & auxilium præbet locata iste tali feminæ ut se prostituere valeat. Nec refert quod te non locante alius fit locaturus. Quoniam aliorum peccata tua non exculant. Si, missis distinctivulis Casuilarum, eorumque metaphysicis præcisionibus, quibus locatio domus seingitur a suis circumstantiis, que in morum regulis potissimum spectari debent: si his, inquam, missis rem serio perpendas, te reipia domum tuam diabolo locare ad illius opera exercenda colliges. Perpendito pecuniam quam ex tali locazione reportas, pretium esse iniquitatis, lucrum humani corporis prostitutione, divine maiestatis contempione, innumerique flagitii nefandissimi partum. Et non tremis christiana manus, dum tam turpes tangit reditus? Non horret animus, non detestatur emolumentum adeo scelestum? Dum isthinc animum intendis, non ne ipse tentis quam vana, quam furilis fit huic argumentationi accommodata distinctio illa, locationis absolute, & abstractæ? Quæ reipia contingunt, spectanda sunt, & meditanda. Hæc omnia que ego indicavi, & his peiora te eveniunt. Quid refert quod tu hæc non intendas? Intentio prava te sola peccatum efficit. De pratico factio locationis sermo nunc est. Hoc ego suis circumstantiis septem flagitiosum iudico.

XX. Ex his colliges primum, peccare eos iuxta nostram sententiam qui domos locant meretricibus indiscriminatum civitatem inhabitantibus. Grave enim scandalum est quod in medio domorum, & familiarum honestæ vitæ fax illa, & humane nature pœna tabes locum habere debeat. Quid iuvenes, quod puellæ, quid matronæ ex tali conturbatione, & vicinitate non patiuntur detrimenti? Quare gravissime illi peccant qui in qualibet civitatis parte domos meretricibus inhabitandas concedunt. Si meretricibus in aliquo civitatis angulo iuxta Principum includerent: tunc Sylvius 2. 2. *quæst.* lxxvii. concedit licitum fore eisdem domos locare in tali determinato loco sitas. Nec id ego concederem ob rationes adductas. Auctores qui ante propositiones ab Ecclesia damnatas scripserunt, caute, licet aliquando docti, legendi sunt in hoc, & similibus argumentis, que cum da-

mnatis sententiis connexa sunt. Sententiam nostram docet Navarrus in *Manual.* cap. xvii. num. 195. Henricus a S. Ignatio *Lib. IV.* cap. l. num. 493. Sylvius *loc. cit.* excepta circumstantia adducta, *Genet. Tom. I. tract. v. cap. iv.* Quod dictum est de meretricibus, multo magis de feneratoribus publicis, de leonibus dicendum, ac de illis qui vestes, lectisteria, & totius cubiculi ornamenta meretricibus locant, ut optimis vestibus indute, & ornato cubiculo excipere feneratoribus valeant. Eiusmodi vestium, & ornamentorum locationes, non modo turpem meretricii notam, sed avaritiæ, & vitiosæ crimine sepe contrahunt. Similes locatores, & locatiarii notam, sed avaritiæ, & vitiosæ crimine sunt, sacramentisque privandæ, nisi ab infamis, & vitiosis questu abtineant. Quid, inquam, si meretrici lectulo eget, aut veste? Verum non erit hæc illi vendere? De veste ad corrupte-gendum, de lecto pro necessario capiendo somno, usque communi, nulla veritas difficultas, Ceterum, si quereret lectum ad meretricium, aut vestem splendidam, ut locatatoribus formosior appareret, idque certo constaret venditori: dico illicitam tunc venditionem esse.

CAPUT XII.

De aliis actionibus, quæ, licet a circumstantiis præcisæ, indifferentes, & honestæ sapientis; spectatis tamen circumstantiis, vitiosæ peccatis cooperantur.

I. UT quæstioncule infra resolvendæ clarius, & facilius percipiatur, præmittenda primum omnium est propositio ab Innocentio XI. damnata, que est sequentis tenoris, & ordine 51. *Annulus qui submissis humeris scienter aduocatur herum facinus ascendere per fenestram ad suspensam virginem, & multoties eidem suscipitur, deserentem, & aperiendo ianuam, aut quædam simile cooperando, non peccat mortaliter, si id faciat metu notabilis detrimenti, puta ne a domino male tractetur, ne torvis oculis aspiciatur, ne domo expellatur.* Hanc propositionem docuit Caltoppalus *tract. vi. disp. vi. punct. 11. n. 5.* his verbis. „ Si indifferen- „ tia proximiora peccato subministras, & „ nullam causam graviozem honestatis admira- „ tionem exposculo, qualis esset, si „ res male tractari; vel si dominus a domo „ sua te expelleret, & expulsus cogeretur

„ men-

„ mendicare, vel penuriam pati, præcipue „ cum non ita facile alium dominum inven- „ nias qui familia, & peiora ministeria non „ petat; vel, si in eius domo te sustinet, id „ fit te oburgando, & increpando, vel debi- „ ta mercede infraudando. Si enim aliquod „ ex his damnis tibi provenit, eo quod non „ ministras actiones indifferentes de se, & „ pravo ului ex malitia domini deserentes, „ poteris illa ministrare: quia tunc non cen- „ teris peccato illius cooperari, sed potius „ permittere. Unde licet tibi, tali urgente „ occasione presso, concubinam portare, si „ gnare locum domino ubi fit, trem dicere „ concubine: Dominus meus dicit ut illum „ hac nocte expectes, vel eum videas. Item „ domino ascendere volenti per fenestram ad „ rem habendam cum femina, poteris pe- „ deni sustinere, & scalam apponere: quia „ sunt actiones de se indifferentes, & ita „ trahit Navarrus. „ Hæcenus P. Caltop- „ palus, qui pro sua sententia laudat præter „ Navarrum, negantem licitum esse locare do- „ mos meretricibus, ut vidimus, Sanchez, A- „ zorium, & alios. Verba Palai transcribere „ voluit, ut hinc colligatur P. Dominicus Viva „ in expositione prelatæ thesî minus attente „ legisse Palaum, dum num. 3. scribit, talem „ opinionem a Palao non doceri, eo quod Pa- „ laus addat, quod famulus exclusus cogere- „ tur mendicare, aut penuriam pati; quod in hæc „ thesî non prohibetur explicite, concludit P. „ Viva. Verum P. Caltoppalus præter mendi- „ cationem addit increpationem, & oburgatio- „ nem solam causam esse sufficientem aduocan- „ di herum ad virginem stuprandum: vel, si in „ eius domo te sustinet, id fit te oburgando, „ & increpando. Addit aliam causam, nempe, „ vel debita mercede infraudando. Hæc sunt duo „ momenta, præter mendicitatem, aut penuriam, „ quæ Palao assignat. Idcirco autem „ ostendo P. Caltoppalum thesîm proscriptam „ discussisse, ut cautius lectores eundem legant, „ sibi que a damnata doctrina caveant. Doctrinam „ Caltoppalai describit P. Antonius Diana „ & de more adoptat *Tom. VII. coord. tract. „ V. ref. 46.*

II. P. Salmanticenses hæc referunt thesîm, quam impugnatam a Diana falso asserunt, eamque explicant *tract. xxi. cap. viii. punct. 5. num. 74.* ubi in examen inducant illam particulam *aperiendo ianuam*, illamque sic interpretantur. „ Si famulus fores infringat, „ aut aliqua clavi ianuam aperiat, peccat, quia „ hoc in sensu illa clausula proscripta est. Si „ vero aperiat ianuam, ut concubina in do-

mun heri ingrediarur, immunit ab omni culpa famulum aiunt. Hæc interpretatio commentaria videtur, & omni desituta ratione. Et primo, cum clausula absoluta sit de a- pertione ianuæ, quod fundamentum asserunt intelligendum esse de aperature vi, vel clavi aliqua peracta? Ubi sunt concieturæ istius interpretationis? Ex contextu propositionis oppertum colligitur. *Aperiendo ianuam, aut quid simile cooperando. Tò quid simile &c.* amplificat clausulam illam, non restringit ad aperaturem violentam; sed potius ad quamcunque aperaturem, vel ad quid simile extendit. Sive ergo aperiat ianuam vi, aut communi via, live quid simile præstet, puta si eam commiteret in domum heri, dubio procul peccat.

III. Quid significet altera clausula, metu notabilis detrimenti, explicandum remanet. Occurrit etiam difficultas, sintne recentissæ famuli actiones licite, maximi damni, mutilationis, aut mortis metu. Thomas Sanchez, quidquid in oppertum iudicare videatur P. Viva, offendit, famulum posse recentissas omnes actiones præstare ob metum alicuius magni damni. *Cum hæc omnia ministeria dicte multo facilius excusantur in ser- viciis, utpote qui maior necessitate domino in- serviendo ascripti sunt, non illum desistere possunt.* Quare & Auctor ille propositionem damnatam reipia docet. P. Dominicus Viva nec unum designat Auctorem istius thesî; sed tantum dicit num. 3. *Quibus verbis* (damnamus thesî) videtur locuti nonnulli apud Diamam. Videtur locuti nonnulli? Nemini ergo legis qui aperte eam doceat? Lectores suis haud valet consilere a quibus libris cavere debeat? At consulam ipse, non ut Auctorem illis aliquam notam impingam, quod ablit (bona enim fide, & intentione, que tibi probabilia appareant, scriptis prodierunt) sed ut periculo errandi lectores subducam. Præter ego Caltoppa- lum, Dianam, Sanchez, tametsi ille paulo cautius loquatur, P. Thomas Tamburinus damnatam thesîm docet *Lib. V. in Decal. cap. 1. §. 4. num. 18. & 19.* cuius hæc sunt verba. „ Subditus ianuam non ex sola famulatus „ ratione, sed metu notabilis detrimenti, „ quale esset, si quis timeret ne dominum „ hunc deterneret, cogatur alium cum sua „ molestia, & damno querere, ne a domi-